

Hieronymi

taliq; immolato sacrificio. reuera domum. quinq; liberos sibi genuit.
q; primogenitū deo peperat Miraris fœlicitatē sanctę mulieris. imi-
tare fidem. Ipse h̄ Paulam miseris. ⁊ nutritium ⁊ magistrum spondeo:
gestato humeris. balbutiētia senex verba formabo. multo glorioſior mū-
di philoſopho. qui nō regem Macedonum Babylonio periturum ve-
neno. ſed ancillam ⁊ ſponſam Chriſti erudiam: regnis coeleſtibus offe-
rendam.

Incipit epiſtola beati Hieronimi ad Eliodorum
nondum epiſcopum exhortatoria: quia illum hortatur: vt domo: cogna-
tis diuitiſq; relictis ad eremum deo militaturus accedat. pericula ha-
bitationis in vrbib; ſeruis dei et demonum tentamēta deſcribens. Ubi
etiam ambitum repūmit ſacerdotij ac epiſcopatus: ⁊ periculo illius ſta-
tus edifferens. et eremum ac ſolitudinem efferens: ad extremum futu-
rum iudiciū repreſentans.

Epistola.

Uanto amore et ſtudio contenderim: vt pariter in eremo
moraremur cōſcium mutę charitatis pectus agnoſcit. qui
bus lamentis: quo dolore. quo gemitu: te abeunte profectus
ſim: iſte quoq; litterę teſtes ſunt. quas lachrymis cernis inter litas Ue-
rum tu quaſi paruulus delicatus cōtemptum rogantis per blandimen-
ta ſouisti. ⁊ ego incautus: quid tunc agerem neſciebam. facerem: Sed
quod ardentē volebam. moderate diſſimulare non poteram. Impenſis
us obſecrārē: ſed audire nolebas: quia ſimiliter non amabas. quod vnū
potuit: ſp̄reta charitas fecit. quem preſentem retinere non valuit: que-
rit abſentem. Quoniam igitur ⁊ tuiple abiens poſtularas. vt tibi poſte-
q; ad deſerta migrarem inuitatoria ad te ſcripta tranſmitterem. ⁊ ego
me ſacturum promiſeram. Inuito. Jam propera. Nolo priſtinarum
neceſſitudinum recorderis. Nudos amat eremus. Nolo te antiq; pe-
reginationis terreat difficultas. Que in Chriſtum credis. ⁊ eius crede
ſermouibus. Quęrite primum regnum dei. et hec omnia opponentur
vobis. Non pera tibi ſumenda. non virga eſt. Affatim diues eſt. qui
cum Chriſto pauper eſt. Sed quid ago? Rurſus improuidus obſecro.
Abſeant preces. blandimenta diſcedant. Debet amor leſus iriſci.

Epistole

Qui rogantem contempseras. forsitan audias obiurgantem. Quid facis in paterna domo delicate miles: vbi vallus: vbi fossa: vbi hyems acta sub pellibus: Ecce de coelo tuba canit: Ecce cum nubibus debellaturus orbem. Imperator armatus egreditur. Ecce bis acutus gladius ex regis ore procedens. Obuia queq; metit. et tu mihi de cubiculo ad aciem. tu de umbra egredieris ad solem. Corp⁹ assuetum tunica. lorice onus non fert. Caput opertum lintheo. galeam recusat. Nollem ocio manum durus exasperat capulus. Audi edictum regis tui. Qui non est mecum. contra me est. et qui mecum non colligit spargit. Recordare tyrocini⁹ tui diem. quo Christo in baptisinate cõsepultus. in sacramenti verba iurasti. pro nomine eius non te patri parituz esse. non matri. Ecce aduersarius in pectore tuo Christum conatur occidere. Ecce donatiu⁹ quod militaturus acceperas. hostilia castra suspirat. Licet parvulus ex collo pendeat et nepos. licet sparso crine et scissis vestibus. vbera quib⁹ tenuitricerat mater ostendat. Licet in limine pater iaceat. percalcato perge patre. siccis oculis ad verillum crucis euola. Solum pietatis gen⁹ est. in hac re esse crudelem. Veniet. veniet postea dies: quo victor reuertaris in patriam. quo Hierosolymam coelestem vir fortis coronat⁹ incedas. Tunc municipatum cum Paulo capies. Tunc et parētibus tuis eiusdem civitatis ius petes. Tunc et pro me rogabis. qui te vt vinceres. incitavi. Neq; vero nescio qua te dicas nunc cõpetere p̄pediri. Non est nobis ferreum pectus nec dura p̄cordia. Non ex silice natos Hyrcanę nutriere tigrides. et nos per ista transiuim⁹. Nunc tibi blandis vidua soror heret lacertis. nunc illi cum quib⁹ adoleuisti vernaculi aut. Cui nos seruituros relinquis? Nunc et gerula quondam. iam anus. et nutritius secundus post naturalem pietatis patrem clamitat. Cui nos morituros relinquis? Expecta paulisper et sepeli cras forsitan morituros. Et lapis vberum pellib⁹ mater. arata rugis fronte. antiquū referens mamma lallare cõgeminet. Dicant si volunt et grandiloqui. In te omnis domus inclinata recumbit. Facilerumpit hec vincula amor Christi. et gehēne timor. At cõtra scriptura p̄cipit parētibus obsequēdum. Sed quicūq; eos super Christum amat. perdit animam suam. Gladium tenet hostis vt me perimat et ego de matris lachrymis cogitabo. Propter patrem militiam Christi deseram. cui sepulturam Christi causa non debeo. Domino passuro timide Petrus consulens scandalum fuit. Paulus renitētibus se fratribus. ne Hierosolymam pergeret. respondit. Quid facitis plorantes. et conturbātes cor meum? Ego enim non solum ligari. sed et mori in Die

Hieronimi

rusalem paratus sum pro nomine domini nostri Iesu christi. Aries iste pietatis quo fides quatitur euangelij. retundendus est mucrone. Mater mea et fratres mei hi sunt. qui cumque faciunt voluntatem patris mei qui in caelis est. Si credunt in Christum. faueat mihi pro eius nomine pugnaturus. Si non credunt. mortui cõsepeliant mortuos suos. Sed hoc ais in martyrio. Erras frater erras. Si putas unquam christianum persecutio nem non pati. et tunc maxime oppugnaris. si te oppugnare nescis. Aduersari noster tanquam leo rugiens. aliquem deuorare querens circuit. et tu pacem putas. Secerit in insidijs cum diuitibus. ut in occultis interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt. Insidiat in occulto sicut leo in spelunca sua. insidiat ut rapiat pauperem. Et tu frondosam arboris tectum vni braculo. molles somnos futuram praedam carpis. Intempestiue persequitur luxuria. Intempestiue auaricia conatur irrumpe. Intempestiue venter meus vult mihi deus esse pro christo. Compellit libido ut habitatem in me spiritum sanctum fugem. ut templum eius violam. Persequitur inquam in hostis. Cui nomina mille. mille nocendi artes. Et ego infelix victorem me putabo. dum capior. Nolo ego te frater charissime exanimato potere delictorum minora credas idola patrie nomina esse que diximus. Immo apostoli dicebant etiam qui ait. Hoc enim scitote intelligentes. quod omnis fornicator. aut immundus. aut auarus. aut fraudator. quod est idolorum seruitus. non habet hereditatem in regno christi et dei. Et quod generaliter aduersum deum sapiat quicquid diaboli est. et quod diaboli est idolatria sit. cui omnia idola mancipant. Tamen et in alio loco speciatim. nominatimque determinat dicens. Mortificate membra vestra que sunt super terram. deponentes fornicationem. immunditiam et concupiscentiam malam. et cupiditatem. et auariciam. que sunt idolorum seruitus. propter que venit ira dei in filios diffidentie. Non est tantum in eo seruitus idoli. si quis duobus digitulis thura compressa in bustum are iaciat. aut haustum patera poculum fundat merum. Neget auariciam esse idolatriam. qui potest triginta argenteis dominum venditum appellare iusticiam. Neget sacrilegium esse qui in libidine secerit. qui membra christi et hostiam vitam placetam deo. cum publicanum libidinum victimis nefaria colluione violauit. Non fateatur fraudem idolatriam esse. sed similes eorum. qui in actibus apostolorum et patrimonio suo partem precij reseruantes. presenti perire vindicta. Animaduerte frater non tibi licere de tuis quicquam habere rebus. Omnis inquit dominus qui non renunciauerit omnibus que possidet. non potest meus esse discipulus. Cur timido animo christianus es? Respice cum Petro relictum thetre. Respice surgentem de thelonco publicanum

Epistolę

statim apostolum. Filius hominis non habet vbi caput suū redinet. et tamē amplas porticus. et ingentia tectorū spacia metiris: hereditatē expectās seculi: coheres christi esse nō poteris Interpretare vocabulū monachi: hoc est nomen tuū. Quid facis in turba qui solus es? Et hoc ego non integris: rate vel mercib⁹: nec quasi ignarus fluctuū doctus nauita p̄moneo: sed quasi nuper e naufragio eiectus: in litus timida nauigaturus voce denuncio. In illo estu charybdis luxurię salutem vorat. Ibi ore virgineo: ad pudicię perpetrāda naufragia: scyllēum relidens libi do blanditur. Sic barbarum litus. Sic diabolus pirata cum socijs portat vincula capiēdis. Nolite credere: nolite esse securi. Licet in modum stagni fūsum equorū ardeat: licet vix lumina iacētis elemēti spiritu terga crispētur: magnos hic campus montes habet intus inclusos Intus est periculum: intus est hostis. Expedite rudentes. vela suspēdite. Crux antennę figuratur in frontibus: tranquillitas ista tempestas est. Sed forsitan dicitur es. Quid ergo? Quicumq; in ciuitate sunt christiani non sunt: Non est tibi eadem causa quę ceteris. Audi dominum dicentem. Si vis perfectus esse. vade vende omnia tua. et da pauperib⁹. et veni sequere me. Tu autem perfectum te esse pollicit⁹ es. Nam cum dērelicta domo et militia: te castrasses p̄pter regna coelozū: quid aliud q̄ perfectam sectatus es vitam? Perfectus autem seru⁹ christi. nihil p̄ter christum habet. At si quid p̄ter christum habet: perfectus non est. Et si perfectus non est. cum se perfectum fore deo pollicit⁹ sit: deo ante mentitus est. Deus autem quod mentit⁹ occidit animam. Igitur vt cōcludam. Si perfect⁹ es: cur bona p̄terna desideras? Si perfectus non es. dominum sefellisti. Diuinis euāgelium vocibus tonat. Non potestis duobus dominis seruire. Non em̄ potestis deo seruire et māmonę. Et audet quisq; mendacem Christum facere: māmonę et domino seruicō: Uociferatur ille sepe. Si quis vult post me venire: abneget semetipsum. et tollat crucem suam et sequatur me Et ego onustus auro arbitror me christum sequi: Qui dicit se in christum credere: debet quomodo ille ambulauit et ipse ambulare. Quod si nihil habes (vt te responsurum scio) cur tam bene paratus ad bella non militas: nisi forte in patria tua te arbitraris hoc facere. cum in sua domin⁹ signa non fecerit. Cur id cum auctoritate summa defendis: Sumere respōsionem. Nemo propheta in patria sua honorem habet. Non quero inquit honorem: sufficit mihi cōscientia mea. Neq; domin⁹ querebat. Quippe ne a turbis rex cōstitueret. aufugit. Sed vbi honoz non est. ibi cōtempus est. Vbi autem cōtempus. ibi frequēter iniuria. Vbi autem iniuria. ibi et indignatio. Vbi indignatio. ibi et

Hieronimi

quies nulla. Ubi quies nulla. ibi mens a proposito sepe deducitur. Ubi autem alicui per inquietudinem aliquid aufertur ex studio. min⁹ fit ab eo quod tollitur. Et ubi min⁹ est. perfectum non potest dici. Ex hac supputatione illa summa nascitur. monachum perfectum in patria sua esse non posse. Perfectum autem esse nolle delinquere est. Sed de hoc gradu pulsus. prouocabis ad clericos. An de his aliquid audea dicere: qui certe in suis urbibus comorantur? Absit autem ut quicq³ de his sinistram loquar: qui apostolico gradui succedentes. Christi corpus sacro ore conficiunt: per quos et nos christiani sumus. Qui clauis regni coelorum habentes: quodammodo ante iudicij diem iudicant: qui sponsam domini sobria castitate conseruant. Sed et alia (ut ante perstrinximus) monachorum et uita alia clericorum. Clerici oues pascunt. ego pasco. Illi de altario uiuunt: mihi quasi infructuose arbori: securis ponitur ad radicem. Si minus ad altare non deferro. nec possum obtendere paupertate: cum in euangelio animum uiduam: duo que sola sibi supererant. gra. mittentem in gazo philatium laudat domin⁹. Mihi ante presbyteru sedere non licet. Illi si peccauero. licet tradere me sathane in interitum carnis ut spirit⁹ saluus sit in die domini iesu. Et in veteri quidem lege. quicumq³ sacerdotibus non obtemperasset aut extra castra positus lapidabatur a populo. aut gladio ceruice subiecta contempum expiabat cruore. Nunc uero in obediens spiritali mucrone truncatur. aut eiectus de ecclesia rabido demonu ore discerpitur. q³ si te quoq³ ad eundem ordinem pia fratrum blandimenta sollicitat: gaudebo de ascensu. timebo de lapsu. Qui episcopatum desiderat bonum op⁹ desiderat. Scimus ista: sed iunge quod sequitur. Quod potest autem huiusmodi irreprehensibilem esse: unius uxoris uirum. sobrium. pudicum. prudentem. ornatum. hospitalem. docibilem. non uolentem. non percussorem. sed modestum. et ceteris que de eo sequuntur explicitis: non minorem in tercio gradu adhibuit diligentiam dicens. Diaconos similiter pudicos. non bilungues. non multo uino deditos. non turpis luxuri appetitores: habentes ministerium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum. et sic ministrant nullum crimen habentes. Ne illi homini qui vestem non habens nuptialem ingreditur ad coenam. Nichil superest nisi ut statim audiat. Amice quomodo huc intrasti. non habens vestem nuptialem? Et illo obmutescere dicatur ministris. Tollite illum: ligatis manibus et pedibus. et mittite eum in tenebras exteriores. ubi erit fletus et stridor dentium. Ne illi homini qui acceptum talentum in sudario ligas: ceteris lucra facientibus. id tantum quod acceperat reseruauit. Illico indignatis domini responsione ac clamore ferietur. Serue nequa:

Epistole'

quare non dedisti pecuniam meam ad mensam. et ego veniens cum vsu-
ris exegissim eam: id est. deposuisses ad altare quod ferre non poteras.
Dum enim tu ignauus negociator denarium tenes. alterius locum qui
pecuniam duplicare poterat. occupasti. Quam ob rem sicuti qui bene
ministrat bonum opus sibi acquirit. ita qui indigne ad calicem domini
accedit. reus erit corporis et sanguinis domini. Non omnes episcopi. epis-
copi sunt. Attendis Petrum. sed et iudam considera. Stephanum suspi-
cis. sed et Nicolaum respice. quem dominus (vt Joanes testatur in Apo-
calypsi) sua damnat sententia. Qui tam turpia et nefanda comentatus est.
vt Nicolaitarum heresis ex illa radice nascatur. Prober se vnusquisq;
et sic accedat. Non facit ecclesiastica dignitas christianum. Cornelius
centurio adhuc ethnicus. dono sancti spiritus mundatur. Presbyteros
Daniel puer iudicat. Amos sycorum mora desringens. repente pro-
pheta effectus est. Dauid pastor eligitur in regem. Minimum discipu-
lum Jesus amat plurimum. Inferus frater accumbit. vt minore adue-
niente. sursum iubearis ascendere. Super quem dominus requiescit. ni-
si super humilem et quietum. et timentem verba sua: Cui plus committi-
tur. plus ab eo exigitur. Potentes potenter tormenta patientur. Nec si-
bi quisquam de corporis tantum mundi castitate supplaudat. cum de om-
ni verbo ocioso quodcumq; locuti fuerint homines. reddituri sunt pro eo
rationem in die iudicii. cum etiam conuictum in fratrem. homicidium sit rea-
tus. Non est facile stare loco Pauli. tenere gradum Petri. iam cum Chri-
sto regnatum. ne forte veniat angelus qui scindat velum templi tui. et
candelabrum tuum de loco moueat. Edificatur turrum futuri operis sum-
ptus supputa. Infatuatum sal ad nihil est vtile. nisi vt proyiciatur foras.
et a porcis conculetur. Monachus si ceciderit. rogabit pro eo sacerdos.
Pro sacerdotis lapsu quis rogaturus est: Sed quoniam de scopulis lo-
cis enauigauit oratio et inter cauas spumeis fluctibus cautes fragilis in
altum cymba pcessit. expandenda vela sunt ventis. et questionum scopulis
trassuadatis. letantium more nautarum. epilogi celeuma cantandum est. O deser-
tum christi vernas. o solitudo in qua illi nascuntur lapides. de quibus in Apocalypsi
ciuitas magni regis astructa. O eremus familiaris deo gaudens. Quid
agis frater in seculo. quod maior es mundo: Quoadiu te rectorum vmbre premunt. quod
diu sumosque verbum carcer includit: Crede mihi. nescio quod plus lucis aspici-
o Libet sarcina corporis abiecta ad purum etheris volare fulgore paup-
tatem times. sed beatus pauper christus appellat. labore tress. neos athleta sine su-
doe coronat De cibo cogitas. sed fides fame non timet. super nudam metuis hu-
mum exesa ieiunium membra collidit. sed dominus tecum iacet Squallida caput hor-

Epistole Hieronymi

ret inculta cesaries. sed caput tuū Christus est. Infinita eremi vastitas terret. sed tu paradysum mente deambula. Quotiescumq; illuc mente conscenderis. totiens in eremo non eris. Scabra sine balneis attrahitur cutis. Sed qui in Christo semel lotus est. non trahet necesse iterum lauare. Et vt breuiter ad cuncta audias apostolum respōdentem Non sunt condigne inquit passioes huius seculi ad superueturam gloriam que reuelabitur in nobis. Delicatus es frater si et hic vis gaudere cum seculo. et postea regnare cum christo. Veniet veniet illa dies qua corruptiū hoc et mortale in corruptionem induat et immortalitatem. Beatus seruus quem cum dominus inuenerit vigilantem. Tunc ad vocem tu be pauebit terra cum populis: tu gaudebis. Judicaturus cum domino lugubre mūdus immugiet. et tribus ad tribus pectora ferient. Potentissimi quondam reges nudo latere palpitabunt. Exhibebitur ei prole sua Venus. Tunc ignitus Jupiter adducetur. et cum suis stultus Plato discipulis. Aristotelis argumenta non proderunt. Tunc tu rusticanus et exultabis. et ridebis. et dices. Ecce crucifixus deus meus. ecce index qui obuoluit pannis in presepio vaguit. Hic est ille operarius et questuarius filius. hic qui matris gestatus sinu hominem deus fugit in egyptū. hic vestitus coccino. hic sentibus coronatus. hic magus demonum habens et samarites. Cerne manus iudee quas fixeras. cerne latius Romanis quod foderas. Videte corpus an idem sit quod dicebatis clam nocte sustulisse discipulos. Dilectio tua me copulit. vt hec tibi frater dicerem. et vt interesse contingat quibus nunc labor durus est;

¶ Finiunt epistole Hieronymi

¶ Sequuntur epistole Tullij.

b j